

Viri aliquando manuum ultimam negotio publico applicavimus
 et vix certe, cum ecce me non teneo, qui in item ad te convoleo
 Viri Clarissimi, quasi postquam mihi redditus sum, tibi ^{stipit}
 restituar opera pretium sit. Sane si ego sum, qui nihil
 illi bentius commissum velim, quam ut mea culpa inter-
 cidat feliciter inchoata necessitudinis commercium, et suavis
 illa (quod ad me attinet) commercium ultro citroque litera-
 rum reciprocatio. Itaque etiam ubi argumentum deficiet
 nunquam sic te servavit Apollo ut te literae deficiant meae.
 Quanti hactenus amicitiam tuam fecerim, quandoquidem
 obsequi non potui, abunde saltem importunitate testatus
 sum. Vide sis quo nunc miseriae recideris. Illam ipsam
 amicitiam, quam minime mentioni summo in praetio ante
 hac fuisse mihi, ipsi exteri doctores in deliciis habendam,
 Adeo statim nescio quid peregre ^{gratiosi} accedit, quos Heinsio domi
 innotuisse rumor est. Neutiquam ad adulandum factus sum
 Viri amicissimi: effabor tamen, non semel valuisse mihi
 ad ingressum privatae clarorum virorum consuetudini, hujus
 quae me hactenus dignaris quantumlibet modesta gloriatio.
 Sis potissimum in locis unde nuper cum bono deo accessimus
 quanti undique et apud omnes et summos sis, neque te ignarum
 existimo, neque me dicentem feras. Ut ambigas tamen, et
 elegantissimus Torrius M.D. et Doctissimus Raderus, et iustas
 omnium Murraus fidem faciunt singuli. Horum ego
 per insignium virorum familiaritatem, quod large (quatenus
 quidem per occupationes publicas licuit) occupaverim ac pos-
 sederim, tibi me hercule iniquus sim, nisi acceptum feram.
 Sed de his coram aliquando latius. Per epistolam quod
 potest, vole duntaxat latere te quantum voluptatem ex
 ultimam Menippam tuam perceperim, tacite tecum gavisus
 tam Satyrâ dignas ineptias, tam vindice veritatis calamo
 traductas fuisse. Quoscumque fulmine illo perstrinxeris,
 fallor nisi dediderint tui deo vultu. Ride nunc, si
 obtinuit est. Idem ista quae ad te scribo, ut in paginam
 69. incidi, ista in periodo. Aliis diversi instituti nescio
 quam repente suspicatus fui, de me fabulam narrari,
 neque diffitebor, augeti indies suspicionem, quoties ~~venit~~
 in mentem venit, quam serio olim et large praeter morem
 tuum ^{ref} responderis, cum ego nugis amatoris chartas maculari
 parum deceere censerem. Rogo nunc et obsecro fac
 intelligans equid gloriari vel sic potero, non indignum
 fuisse

fuisse habitum qui tantâ manu vapularem. Versar in
Dilemmate, et quoque versum res exciderit, erit quod gaudam
Hoc illud est apprimè Sperare, Timere. Sed modis tandem
sit ineptiarum. Ego Vir amicissimus, quodcumque tandem
de me statueris, semper tuus ero, quod semper fui. Vale
plurimum et me ama. Hagae pridie Id: Maji: ibzi.

10.

Heinsio.

Doctissime Domine

(44)

Nihil unquam gratius literis tuis mihi accidit: etiam accusator
Uade jam dubitare didici, sequid in lucro perpetam possiderim
sive desideram istud nuncupes, sive justum silentium, quo nim
tunc bis a te tam comiter, tam amicè compellati demereri
valeam. ~~Quin tertia mox septimana abierit~~ Audi tamen
Virorum amicissimos, et imprimis candidè tecum agier confisi
quin tertia mox septimana abierit, ex quo ultimas tuas, una
cum insigni munere accepi, causam non dico. Si tu ab eo
die integrum porro octiduum curas publicas profliganti of
fluxisse credis, alterum deinde et quod excussit valetudine
curanti (Febriula enim istam concusserat) jam excusati
nem meam ab ipsâ humanitate tuâ non despero. Max
me si minus biduo, legendis 4-Libris de Contemptu Martis
tribuendum nobis non censes. Ut jam de otio nihil ab
dano quod ruminandi ac recolendi rebus tam sublimibus
tam arduis, tam inauditis competere rudibus nobis lecto
bus nesciri nequis. Superiori anno cum Alpium horros,
quo latus Hesperiae quo Rhaetiae ^{longitudo} Praeruptis perit astr
jugis panditque tremendam vix astate viam in Epheum
videm relaturus essem, meministi me literulam a calamo
non impetrasse prius quam die aut altero lapsa, in sinu
vallium delatus ad me rediissem, et ut verbo dicam, desit
stupere. Quid nunc et quomodo me affectum censes, Hoini
clarissimos, postquam super iuvia et nulli penè mortalium
calcata coelestis Philosophiae juga, manu illâ tuâ deducta
anhelantem ab itinere tanto animum quieti redditum
et sibi. Sane sive nobilissimi argumenti τὸ μετέωρον, sive
divini poematis τὸ γενναῖον. universi denique operis non
nonnullas